

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Erectione, Qualitatibvs Ad Ea  
Obtinenda Requisitis ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

127. Quænam in constitutione Piana veniant nomine incertorum  
computandorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](#)

num. 40. quenam in assignatione illius  
veniant consideranda?

**R**espondeo: multa; nimirum qualitates & circumstantias loci, beneficii, personarum, morum, regionis, aliisque recentia à Rebuff, *intr. de congrua portione*, q. 8. n. 61. & Surdo *tr. de alimentis*, 4. q. 25. n. 44. Principù verò ad quatuor habendum respectum; nimirum conditionem personæ, Ecclesiæ situm, regionis consuetudinem, & Ecclesiæ facultates. Vanlonz. *conf. 54*, n. 44. apud Barb. n. 42.

**Questio 124.** A quo assignari debeat Vicario congrua?

**R**espondeo primo: Episcopi seu Ordinarii Res esse assignare congruentem fructum perceptionem juxta Trid. *sess. 7. c. 7.* Laym. *ad c. 3. de off. Vicar.* n. 1. vel potius arbitrii de sufficientia illius, dum ea assignatur Rectori seu Vicario à monasterio; neque enim, dum monasterium (cui v. g. ob inopiam à Papa concessa est Ecclesia, ut inde percipere possit fructus omnes) præsentat Vicarium Episcopo ab eodem instituendum, ita ex abrupto sit illa institutio, sed non aliter ad eam proceditur, quam præviâ assignatione congrua, ad quam præstandom Episcopus monasterium illud compelleret. Lott. *loc. cit. n. 19.*

**Questio 125.** Cui incumbat onus suppeditandi Vicario congrua?

**R**espondeo ei, qui percipit decimas, aliisque parochialia emolumenta, etiam si nullam haberet curam habitualem, sive etiam nullam, haberet cura participationem; quinimò eti si esset laicus, de Luca *de paroch.* d. 18. n. 3. dicens hanc esse certam regulam, & citans pro hoc Rotam *decis. 420. p. 1. Recen.* Porro cum Capitulum v. g. cui annexa est cura, non teneatur constituendo Vicario dare ultra id, quod percipit à parochia & parochialibus emolumentis, ut de jure certam esse, ait de Luca. *loc. cit. n. 10.* & d. 20. n. 6. dum id nimis parum est pro congrua, ad supplementum tenetur & compellendus est populus mediis Ecclesiasticis; de jure enim receptum est, quod quando emolumenta, quæ ratione cura percipiuntur, non sufficiunt ad parochi congrua sustentationem, cogi debeat populus ad ea supplenda juxta dispositionem Trid. *sess. 21. c. 4.* ac ita etiam de jure communii cautum, præfertim ubi populus nullas solvit decimas, vel ita exiguae, ut non sufficiant ad congrua curati sustentationem, testatur *loc. cit. citans Abb. & Surd. Barb. ad cit. locum Trid. n. 15.* quia tamen sè difficile est absque exercitu gladii spiritualis id à populo extorquere, ait idem Luca se consuluisse, ut ab Episcopo augentur non nihil emolumenta illa parochialia ratione administrationis Sacramentorum solvi solita à populo.

**Questio 126.** Quanta assignari debeat congrua?

**R**espondeo: Trid. quoad hoc nihil certi statuit, sed Ordinarii arbitrio remisisse pro facti qualitate, & oneris proportione, Card. de Luca *ad Trid. d. 9. n. 7.* quoad Vicarios seu economos deputatos Ecclesiæ vacanti, donec de Rectori prvideatur, censuit S. Congregatio *ad cit. c. 18. sess. 24.* congrua portionem esse duos aureos singulis mensibus; hanc tamen declarationem non obstat.

P. Leuren, Fort Benef. Tom. I.

re, quò minus pro his major congrua assignari possit; ubi necessarium pro temporum & locorum circumstantiâ, censet Garc. *loc. cit. n. 17. & ex eo Corrad. l. 3. c. 3. n. 15.* Nihilominus non posse vi iustius aliarumque declarationum S. Congregationis, quas citant iidem; quin & vi ipsius Trid. illius decreti assignari Vicario tali vacantis Ecclesiæ omnes fructus pro congrua; cum ea à Concilio restringatur ad certam portionem istorum fructuum, tenent iidem AA. citantes pro hoc Nav. *conf. 5. de offic. Ordinar.* nisi forte, ubi omnes fructus conjunctim non excederent congrua.

2. Quoad ceteros autem Vicarios supervenientes Concilio constitutio Pii V. *ad exequendam.* hujus portionis modum & quantitatem definit his verbis: *ut non major centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum* (seu ducatorum moneta regionis ut ait de Luca) summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis & aliis obventionibus communiter percipi solitis eis omnino assignetur &c. remanente arbitrio circa medium inter utrumque extremum. de Luca *ibidem. n. 8.* ita tamen ut eatenus congrua hæc minor esse non possit 50. scutis, quatenus iphius Ecclesiæ curatæ unitæ emolumenta sunt majora; secus si illa ad hanc summam non ascendant, in quo casu sufficiet Capitulo vel alteri curam habitualem habenti omnia emolumenta assignare, vel ut fieri solet in quibusdam exiguis Cathedralibus, vel Collegiatis, assignari Vicario, qui etiam sit Canonicus, portionem masla grossæ distributionum, supplingo quod deest, admittendo servitium curæ loco servitii chorii. de Luca, n. 9. citans *le ipsum de paroch. d. 20.* Econtra autem summa 100. scutorum (cujus excessus prohibetur) intelligitur de congrua pro iphius Vicarii mercede ac sustentatione, non autem, ubi populi numerus vel Ecclesiæ qualitas, aliisque facti circumstantiæ majores operarios, aliisque sumptus exigunt, adeò ut quandoque praxis doceat, quod etiam 300. vel 400. &c. affigentur Vicario, qui alia onera supportare debeat. de Luca n. 10. unde etiam quandoque in erectione Vicariae facta à Papa plus pro congrua assignatur, quam determinatum.

**Questio 127.** Quenam in dicta constitutione Piana veniant nomine incertorum computandorum?

1. Respondeo primo: venire decimas frumenti & vini, quia hæc penes Vicarium sunt incertæ; quatenus nimirum non scit, quantum ex iis possit percipere. Corrad. l. 3. c. 9. n. 23. Item venire quotidianas distributiones, aliâlve obventiones & emolumenta, quæ incerta sunt respectu summa, quæ in specie ignoratur; certificatur tamen ex eo, quod in præteritum communiter, atque ut plurimum confuevit percipi, Barb. *de jure Eccl. l. 3. q. 6. num. 44.* Ratione tamen distributionum non tantum minutarum, sed etiam masla, ut vocant, grossa, quando computando non veniant in congrua, quæ datur Vicario, dum is est simul Canonicus, vide de Luca. *de paroch. d. 20. n. 7. & 8. computari etiam primitias*, ait Lott. l. 2. q. 12. n. 23. ex Mantica *decis. 269. n. 2. & 6.*

2. Respondeo secundo: non intelligi in dicta constitutione Piana omnino incerta (quia venter non debet pendere ab incerto); cum non patiatur dilationem. Corrad. *loc. cit.* qualia sunt quæ mere ratione personalis latoris & officii habentur, ut funeralia, aliisque similia iura parochialia. Barb. ex

D 3

Leo:

## Cap. III. De Capellaniis,

**L**eo: *Thes. fori Eccl. p. 1. c. 31. n. 6.* Quamvis regius dicere videatur de *Luca de paroch. d. 18. n. 12.* citans se ipsum de benef. d. 90, & de jurep. d. 10. similiajura parochialia solvenda occasione sepultura (distinguendo hinc eam partem, quæ vulgo dici solet pro stola, ab ea, quæ datur ratione honorifica associationis funeralis ac laboris merè personalis, ut hæc distinguunt idem *Luc. cit. n. 9.*) & Sacramentorum, puta Baptismi, Matrimonii computanda esse in congrua; quia non sunt talia, quæ possunt esse nulla; cum non possit populus non mori, non nasci, non baptizari: & in pluribus parochis præter horum jurum emolumenta nulli alii sunt redditus, unde congrua constituantur. Item quæ ex merè voluntariâ accidentalí devotione obveniunt, ut sunt eleemosyna altarium & similia, adeò ut ex plurium auctorum experientia quandam certitudinem, saltem moralē, non habeant: scilicet autem, dum dicta moralis certitudo accedit; cum tunc in fructu seu reditu veniant. *Card. de Luca loc. cit. n. 8.* citans se ipsum de paroch. d. 17. & seq. & de benef. d. 90.

**Q**uestio 128. *An, & qualiter assignata semel a principio congrua, Vicarius eā contentus esse debeat?*

**R**espondeo debere illum eā contentum, & non posse impugnare conventionem supra congruam semel factam: sic decisum à Rota decisi. 230. num. 3. p. 6. Recent. testatur ex *Paulo de Rubeis Barb. loc. cit. nu. 43. Corr. loc. cit. nu. 24. de Luca de paroch. d. 19. n. 3.* licet autem tenuitas assignationis ab initio facta non sufficiat, ut ea augeri debeat, *Lott. cit. q. 12. n. 26.* Hoc ipsum tamen non procedit, ubi ita tenuis effecta congrua, ut Vicarius se sustentare nequeat, & sustinere onera Ecclesiæ (uti contingere posset, si ab initio congrua non esset assignata in speciebus, seu fructibus virtutis sufficientibus; sed etiam pecuniâ, quæ ob sensim auctam annonæ caritatem jam minus sufficiens est, *Lott. loc. cit. nu. 27.*) tunc enim non agitur de Vicarii tantum, sed & Ecclesiæ & Ordinis clericalis præjudicio. *Corrad. Barb. loc. cit. Lott. n. 28.* Quod ipsum tamen in dubio non præsumitur, adeoque ex parte actoris justificari debet, quo causa solum supplementum necessitatis peti posset. *Luca loc. cit.* In summa itaque si inter Rectorem & Vicarium semel facta conventione seu concordia super aliquorum bonorum seu jurum assignatione, præsertim si diu servata, servanda erit; etiam si tractu temporis unius vel alterius partis laissa seu præjudicialis efficiatur; quoties laeso ad iniquitatem non reducitur, de *Luca de paroch. d. 33. n. 11.*

**Q**uestio 129. *Ad quem spectet congrua Vicaria perpetua pro tempore, quo vacat?*

**R**espondeo: cum Vicaria istiusmodi perpetua erecta in titulum regulentur jure beneficiorum, & fructus beneficii, etiam curati, pro tempore vacationis, quoties non intrat constitutio Julii III. ad favorem Camerae, de jure pertinent ad Ecclesiam, atque ex ejus persona ad successorem; hinc derracto solum salario, quod Ecclesia vacante præstari debet economo seu Vicario provisionali ad presumptum Trid. congrua annales decisæ tempore vacationis spectabunt ad Vicarium perpetuum defuncti, seu aliter decedentis successorem, de *Luca de paroch. d. 21. n. 2.* Adeoque hoc dependet tantum, ubi tam erectio Vicaria,

quam assignatio congrua jam effectum sortita est, ita ut agatur de tempore vacationis ob celum vel deceplum possessoris; tunc enim congrua jam taxata dicitur dismembrata à monasterio vel Capitulo, ejusque bonis ac redditibus; non vero procedit, ubi erectio nondum effectuata est, sed solùm adest sententia vel provisio de erigendo; cum tum adhuc secuta non dicatur dicta dismembratio, seu bonorum separatio, de *Luca ibid. n. 9.*

**Q**uestio 130. *Qualiter Vicarius dicatur curatus, & penes eum cura respectivè ad Rectorem principalem?*

**R**espondeo primò: Vicarios (intellige non intitulatos) non dici propriè curatos; cum is, qui vice alterius curam exercet, curatus non dicitur. *Lott. l. 1. q. 20. n. 149.* citans *Felin.* vide eundem n. 140. & dicta suprà ad q. 1. de *Vuariis.*

2. Respondeo secundò: Vicarium perpetuum, & non Rectorem principalem, seu habentem curam habitualē, tantum dici curam animarum habere. *Barb. l. 3. juris Eccl. c. 6. n. 30.* Vide dicta suprà.

3. Respondeo tertio in genere: curam (intellige habitualiter seu habitualē) residere penes Prælatum seu Rectorem beneficii uniti; cura vero exercitum seu curam actualē penes Vicarium in illo beneficio unito deputatum. *Barb. loc. cit. n. 28. & seq.* cum communī.

4. Respondeo quartò specialiū: cum cura animarum incumbit Capitulo, non ut singulis, sed ut universis (uti sape fit, & bene; licet enim ius parochiæ seu curæ sit quid individuum, scilicet ac exercitium, curæ, quod dividuum est; adeoque nequeat esse dividuum in plures; potest tamen esse apud unumquemque multorum in solidum, exemplo jurisdictionis, aliorumque jurium individualium, atque ita inter Capitulum & Ecclesiam contrahi matrimonium spirituale; cum pluralitas in hoc sensu non consideretur, nisi ad constituendam universitatem, & consequenter ad unam personam factam; ac ita capitulo seu Canonici in universum esse, & dici Rector Ecclesiæ & sponsus, *Lott. loc. cit. n. 115. & seq.*) illudque eam administrat per plures, vel unum ministrum amovibilem, verus Rector est ipsum Collegium. *Lott. l. 1. q. 14. n. 93.* citans *Gonz.* ad reg. 8. gl. 6. n. 71. Videlique tunc per illud aiud non committi, quam nudum officium circa ea, quæ sunt Ordinis sacerdotalis, retentis his, quæ sunt jurisdictionis & regiminis. *Lott. ibid. n. 94.* citans *Lapum Alleg. 5. n. 7.* si vero eam administret per Vicarium perpetuum, aut per unum ex obtinentibus dignitatem in ipsa Ecclesiâ; tunc is quidem dicitur curatus, non curâ collegi, seu curâ familia; sed curâ parochianorum, nihilominus ius illud principaliter radicatur in ipso collegio, curaque habitualis ipsa apud illud resideret. *Lott. ibid. nu. 100. & seq.* qui tamen nu. 104. addit: quod si Collegium habet Prælatum, tanquam ipsius Collegii caput omnem jurisdictionem & omnem curam, quæ alias ipsi Universitati competeteret, apud ipsum Prælatum esse. Porro contingere potest, ut cura exercetur in Collegiata, & tamen cura non pertineat ad Collegium, neque etiam illa Collegiata sit curata; imo ut Collegiata sit simul curata, & tamen cura jure aliquo speciali spectet ad aliquem extraneum, qui tunc erit verus sponsus & Rector. *Lott. l. 1. q. 20. n. 131. & 13.* quin etiam, ut Ecclesia sit Cathedralis & simul curata; curaque neque